



[The main body of the page is blank, showing only the texture and color of the aged paper.]

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
9.
10.



1697.

1^a Berger

1. Hornius, Kasp. Heinr.: De jure praedialae seu praecedentiae.
2. ^{a, b} Hornius, Kasp. Heinr.: De capitulatione Caesarea.
3. Hornius, Kasp. Heinr.: Ex argumentis juris π possidias.
4. Kirchmaier, Georg Wilh.: De Witteberga.
5. Loescher, Kasp.: De gloriatione Paulina.
6. Mizlerus, H. Steph. Andreas: Distinctionem clerici et laici... explicabit.
7. Minckwitz, Luth. Lipsimundus, A.: De paragio.
8. Ritronsee, Christianus: De consiliariis.
- 9^a Schwarzfleischer, Konr. Samuel: Fus Augusti in Italiam publice edita et
- 9^b Schwarzfleisch, Konr. Samuel: Recht des Römischen Kaisers auf Italien.
- 9^c Schwarzfleisch-Loescher: De actionibus arbitrariis
10. Straus, Godofredus:
11. Inerus, Godofredus: Disputatio inaug. ad l. congrua
4. C. de locatone praediorum civilium et fiscalium.

sive Templorum, sive rei privatae, vel dominicae.
1698.

1. Berger, Joh. Henricus: Memoriale tripartitum impe-
rii Romano-Germanici status, juris, judicij, per-
indicum.
2. Berger, Joh. Wilhelm: De Libanio disputatio altera.
3. ^a Berger, Joh. Wilhelm: De Libanio disputatio III
- 3^b ^{Deubihmann} Kirchmaier, Georg Karpar: De maiestate juribusque
verbae.
- 5^a ^{Loescher} Loescher, Karpar: De Christo gloriose in coelos
ascendente
6. ^{II} Loescher, Karpar: ... Dissertatio theologica. —
consensum orthodoxum in loco de Christo asserens.
7. Schurz fleischius, Konr. Samuel: Historia veteris regni
populique Burgundionum.
8. Strauss, Godofredus: De actionibus

1699
1^a = Berger, Joh. Henricus: De fide vasallitica. 2 tract.
1^c Dassovius - Frommelter

- ^a/_b
2. Hornius, Korp. Klein: De causa petendi in libello.
 - 3^a/_b Hornius, Korp. Heur: De hypotheca legali in fodiis
et partibus metallicis.
 4. Hornius, Korp. Heur: De libertate Germanorum exteris
moti tunc
 5. Hornius, Korp. Klein: Selectissima ex utroque jure
Themata . . . censurac . . . submissa.
 6. Loescher, Christia Wilhelm: De distinctione juris naturalae
et positivae. F. K.
 7. Neumann, Joh. Georg: De perfectissimis regentis attri-
buto.
 8. Strauss, Gotthardus, Decanus ordinis juridici: Lecturis sala-
tem dicit. (ad disputationem Joh. Fried. Hoepneri invi-
tato)
 9. Strauss, Gotthardus, Decanus ordinis juridici: Lecturis
salutem dicit. (ad disputationem Christiani Heinrichi
Schubarti invitato)
 10. Strauss, Gotthardus: De transmutatione praesae dictatae
in aliam

11. Streun, Godofredus: De actionibus ex facto alterius.
12. Inuus, Godofredus: - Fura fisci, ab hujus adventu observanda.
13. Wernsdorffius, Gottlieb: De gentiliis sabbato.
14. Zerbach, Christoph Heinr.: An sacrificia sint religionis naturalis?

6
7698
5a

DECANUS
COLLEGGII THEOLOGICI
IN
ACADEMIA WITTEBERGENSI,
**CASPAR LOE-
SCHERUS,**

SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. Consi-
storii Eccles. Assessor Senior, Ecclesiae
Witteb. Pastor, & Circuli Electoralis
Superintendens Generalis,

OMNIBUS LECTURIS

Salutem, preces & officia
decenter offert.



Q. F. F. F. Q. S.



Ureum planè Vaticinium Zachariæ est, quod habetur Cap. III, 8. 9. 10. Est vero illud eò majori cum studiò expendendum, quò plures sunt, qui araneorum more saluberrimum, quem continet succum, perversis auimorum conatibus in venenum, hoc est, errores, permutare satagunt. Dignum igitur, quod à sedulis divinæ Veritatis Scrutatoribus atque defensoribus maximâ cum industriâ, devotèqve tractetur. Appellat in eodem v. 8. Spiritus S. Josuæ, Archi-Sacerdotis Socios & Amicos, *qui habitabant coram illo*, ejusque Ephoriæ & Inspectioni commissi erant, VIROS PORTENDENTES, seu PORTENTI. Locutum vero de iisdem esse Propheram, Contextus evidenter evincit. Jam si quæras, L. B. quid sibi ea loquendi ratio velit? varias responsiones audies. *B. Lutherus* eosdem ideo ita dictos esse vult, quod Confessores Christi Judæis & amatoribus perversi hujus mundi *portentosi*, *exosi* & *contempti sint*, & ut stulti & insanientes præ Sapientibus hujus mundi habeantur, ut qui doctrinæ tam ridiculæ, talis enim rationi stolidæ videtur, de Christo crucifixo fidem habeant. Neque hæc fidelium Dei famulo-

) 2

rum

rum descriptio Scripturæ insolens est: Confer Esaiaë
IIX, 18. Ezech. XII, II. Psal. LXXI, 7. I. Cor. IV, 9. seqq.
c. II, 14. c. III, 13. 19. Interpretes alii, hunc verborum
sensum supponentes, simpliciter *viros portenti* reddunt
Miraculorum Dei in Babylonia observatores, & quod illi
præcipui fuerint, qui, quæ Deus eo tempore passim
miraculosè faceret, observaverint. Rursus alii, à Lu-
theri mente non multum adeo abeuntes, eos ideò
hoc modo appellatos esse volunt, quod tales ab impiis
habiti sint, eam ob causam, quod verbum divinum ob-
servaverint, & ab eodem ne latum quidem unguem
recesserint. Est ex nostratibus, qui indicatos esse
vult *fideles*, spe futuri Sacerdotis Christi templum æ-
dificantes: hos enim reliquis Judæis instar *Signi*,
Prodigii & *Speſtaculi* fuisse, quandoquidem ex cætero-
rum opinione, vel ex pusillanimitate, vel ex præfra-
cto contemptu promissionis divinæ, eosdem inanem
consumere operam, æstimabant. Reliquas interpre-
tationes adducere nihil attinet. Possunt enim & illæ,
& quæ hætenus adductæ sunt, facile inter se conciliari.
Omnes namque eò tendunt, Amicos Josuæ ideò appel-
latos fuisse *Viros portenti*, quod mystica sacra tractave-
rint, quæ mundo incredulo portenta erant. Sed no-
lumus hic prolixiores esse, quoniam Summè Vene-
randus Theologorum ordo ei, propter quem susce-
pta hæc Scriptio est, injunxit, ut universum illud Va-
ticipinium publice per Lectiones, quas vocant, Curso-
ria mediocri cum industria, exponeret, quod idem
pro viribus, quas divina Bonitas concessit, religiose
facturus est. Eum si nosse cupis, est filius meus natu-
primus, VALENTINUS ERNESTUS LOE-
SCHERUS, Phil. Magister, & inclutæ Fac. Phil. Ad-
jun-

junctus, designatus Pastor primarius, & Superintendens Jüterboccensis. Vitam ingrediebatur *Sondersbusii*, in Principatu Schwartzburgico, ubi Parentes tunc commemorabamur, A. E. C. M. DC. LXXIII. & dies XXIX. Decembris. Patrem habuit me, qui hæc scribo: Mater verò est CLEOPHE SALOME SITTIGIA, Magni, cordati, sinceri & constantis Theologi, VALENTINI SITTIGII, Theologiæ Doctoris, & Aulæ Martisburgicæ Nathanis fidelissimi, filia natu prima. Visus ab incunabulis ad omne virtutum genus, omnemque eruditionis modum præter ætatem grassari. Unde, non à Parentibus solùm, & Avo maxime venerando, sed & à Præceptoribus plurimùm amatus est, non enim calcaribus, sed frenò ad eum gubernandum opus fuit. Propter ingenii igitur felicitatem omnes facile superavit, qui cum eo Musarum castra secuti sunt. Profecit autem felicissime Cygneæ, tam domi sub manu ductione *M. Christiani Feustelii*, hodie Archi-Diaconi Plaviensis, cujus industriam & æstimavit semper, & æstimabit, quàm diu victurus est; quàm sub informatione fidelissimâ, Celeberrimi Polyhistoris, *Christiani Daumii*, tunc Lycæi Rectoris, nunc in cœlo triumphantis, & *Christophori Leisneri*, Con-Rectoris ibidem dexterrimi. Anno demum M. DC. LXXXVII. mecum huc profectus, traditus est disciplinæ *M. Johannis Peiskeri*, Rectoris, & *M. Davidis Winteri*, ut & *M. Conradi Adami Winckelmanni*, Scholæ nostratis Con-Rectorum, quorum singulorum industriam, amorem, & favorem maximi semper æstimabit. Studia Academica auspiciatus feliciter est A. C. M. DC. XC. & ea brevi temporis spatiò eò deduxit, ut jam non discere, sed alios docere videretur. Audivit autem.

)(3

omnes

omnes omninò, omnium quoque Facultatum, Professores, & neminem negligendo, sed singulos æstimando, omnes sibi obstringere satagit. Audivit imprimis Philosophos, & ab iis in universa Philosophia plurimum adjutus est. Gradum Magisterii ab iisdem adipiscebatur A. C. M. DC. XCII. locum inter LXIV. nactus à primo tertium, non ob pecuniam, sed ob virtutem & eruditionem. Et ne inanis is esset honoris titulus, per varias Disputationes, quas Præses decies ter defendit, clarum fecit. Non enarrabo singulas, dicam tantum, eas & à materiâ, & à dicendi tractandique modò se non Nostris tantum, qui absque invidiâ sententiam dixerunt, sed & exteris, imprimis Belgarum eruditissimis, maxime approbasse. Factum inde est, ut Inclita Facultas Philosophica benevole eum in Adjunctorum suorum numerum A. C. M. DC. XCV. reciperet, quem locum ita hætenus publice, privatimque disputando, legendoque tuitus est, ut maximus Studiosorum numerus eum sibi Præceptorem eligeret, constanterque ipsi docenti adhæreret. Et quando non ignorabat, à Jurisconsultis & Medicis multa debere eum addiscere, qui Theologiæ se consecravit, horum quoque castra non rarò frequentavit, & ab iisdem se multa salutaria hausisse, candidè fatetur. Theologos verò, uti par erat, omnes singulosque ita secutus est, ut industrium, modestum & discipulum discendi cupidum decet. Unde eorum quoque favorem & amorem promeruit, ut promptè & unanimi consensu ejus conatus probare & juvare studeant. Et ut appareret, quid in Theologia præstare posset, non solum id disputando & concionando sæpissimè ostendit, sed & ante sex-

te sexennium librum de *Pajonismo & Pajonistis*, Lipsiæ excusum, edidit, & omnium primus contra fanaticas Novellorum visiones publicè & maximò cum applausu disputavit. Edidisset quoque rarioris materiæ Scripta non pauca alia, si id infeliciam nostrorum temporum egestas, quâ Bibliopolæ premuntur, non impedivisset. Intelligens præterea multum ad eruditionis cultum facere, alias Academias, aliasque ditiones adire, Jenam primo profectus est, & ibidem per anni spatium, Theologos præcipue, non sine fructu, audivit, a quibus numero sex Candidatorum Theologiæ, in Templo Academico die Dominica conciones habentium, adscriptus est. Ibidemq; præsidendo disputavit, & publice & non sine insigni applausu. Postea Hamburgum se contulit, ubi eruditissimis quibusq; se, in primis *Summè Rev. D. Mayo* approbavit. Abiit inde in Belgium, Flandriam, & Brabantiam, nec non Holsatiam & Daniam magnamq; Germaniæ partem, & ubiq; præcipue in Academiis, Groningensi, Franckerana Leideni, Ultrajectanâ, Hafniensi, Rostochiensi, aliisque, quas in itinere salutavit, cum viris celeberrimis magno cum fructu conversatus est. Hæc intelligens Potentissimus Rex Poloniæ & Saxoniae Elector, multis eum beneficiis, ad Studiorum continuationem necessariis, clementissimè affecit. Secuti Dominum sunt Ministri fidelissimi in Proto-Synedrio, & ejus studia non solum æstimaverunt, sed & commendarunt, & Promotionem ei certam promiserunt. Idem præstiterunt Patres Academiæ nostræ, quod mecum gratisima mente per universam vitam agniturus est. Postquam vero singularis ejus eruditio Aulæ quoque Leucopetræ innotuit, factum est, ut *Serenissimus Princeps & Dominus,*
DO-

DOMINUS JOHANNES GEORGIUS , Dux Saxoniae, Cliviae & Montium, ut & Angriae & Westphaliae, &c. Dominus meus clementissimus, per singularem Gratiam eundem Pastorem primum & Superintendentem Juterbocensem destinaret. Quo in negotio Proceres ejus Aulae, & imprimis Sacri Synedrui, gratiosos se & valde benignos exhibuerunt, id quod mecum gratisima mente agnoscit, & in posterum agniturus est. Et cum sciret, placere Principi Optimo, ut Academicos honores adiret, facile se praebuit Collegium Theologicum, eique petenti januam eorum honorum benevole aperuit. Quod igitur consuetum est, per divinam gratiam expediet. Cras enim, Deo volente, hora IX. antemeridianam Orationem in Cathedra Lutheri recitabit, in qua demonstrabit, non audendos esse eos, qui Symbolicorum Librorum Auctoritatem & necessitatem rejiciunt, eosque, qui, quae per pronam consequentiam inde deducuntur, rejiciunt, pro genuinis eorum sociis agnoscunt. Porro Oraculum Zacharianum c. III, 8. 9. 10. Lectionibus cursoriis declarabit, Concionem publicam habebit, & tandem in Disputatione solenni suos profectus publico approbabit. His omnibus ut Magnus Academiae Rector, Perquam Illustres Barones, Patres Academiae, caeterique Doctores, Licentiati, ut & Rever. Ecclesiae Ministri, & Facult. Philos. Adjuncti, cum universa Studiosorum coronam frequenter & benevole adsint, nomine Collegii Theologici, meo quoque, qui Pater Candidati sum, decenter rogo. Faxit vero DEUS, ut omnia feliciter & fortunate cedant! Prop. Publ. in Acad. Witteberg. Dominica XX. Trinit. A. E. C. M. DC. XCVIII.


ULB Halle 3
001 507 125




TA 50L

WMA







ANUS
 THEOLOGICI
 N
 TTEBERGENSI,
 R LOE-
 ERUS,
 Prof. Publ. Consi-
 or Senior, Ecclesiæ
 Circuli Electoralis
 ens Generalis,
 LECTURIS
 ces & officia
 er offert.

7698
 5a
 6

